

MISCELLEN

Methana bei Thukydidēs

In seiner lehrreichen Besprechung des Namens des bei Thukydidēs zweimal erwähnten Methana im Hermes XLII S. 542 ff. findet Dittenberger in Th. V 45, 2 ἀφίκοντο ἐς Μέθανα τὴν μεταξὺ Ἐπιδαύρου καὶ Τροιζήνος, wie ich geschrieben habe, eine grammatische Unmöglichkeit und hält τὴν statt τὰ für ein seltsames Versehen. Das Versehen liegt hier aber nicht auf meiner Seite, sondern D. selbst hat zwar meine kritische Note genau gelesen, aber nicht die zugehörige erklärende Anmerkung genugsam beachtet. Hier heisst es nämlich zu dem folgenden τῆς χερσονήσου 'quae et ipsa Methana nominabatur. . . . Neque omnino hic oppidi mentionem fieri putamus', worauf ich de *paeninsula* montuosa et ab isthmo in trianguli speciem procurrente auf Curtius' Peloponnesos und Bursians Geographie verweise, und dementsprechend steht in der Anmerkung zu V 18, 7 Troezeniae *paeninsulam* ab Atheniensibus occupatam. Daraus war zu ersehen, dass ich τὴν nicht in der Weise, wie D. meint, auf Μέθανα bezogen habe, was eben unmöglich ist, sondern Μέθανα für die Halbinsel angesehen und demgemäss nach Τροιζήνος Ellipse von γῆν angenommen habe, wie sie auch I 44, 1 in τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν vorliegt, wo meine Anm. zu vgl. Zu dieser Auffassung bin ich durch das folgende καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς χερσονήσου ἰσθμὸν ἐτείχισαν veranlasst worden, wo die χερσονήσος eben Methana ist, und durch den Umstand, dass die Athener nicht bloss nach der Stadt kamen, sondern die ganze Halbinsel in Besitz nahmen und sich diesen durch eine Feste und Besatzung auf ihrem Isthmos sicherten. Das bleibt in Gültigkeit, auch wenn man mit D. Μεθάναν liest.

Münster.

J. M. Stahl.

Procopiana

Procopius in anecdotis 4, 38 p. 30 Haury Belisarium narrat cupiisse duces orientis denuo adversus Chosroen et Medos proficisci, Ἀντωνίνα δὲ οὐδαμῶς εἶα περιυβρίσθαι (γάρ) ἐν τοῖς ἐκείνη χωρίοις πρὸς αὐτοῦ ἔφασκεν, quae loca sese non iam visuram. abest a codicibus γάρ particula, eidem pro εἶα quod

Alemannus restituit εἴη habent omnes (Haury praef. p. XI). Procopius igitur orationem sic conexuerat Ἀντυνίνα δὲ οὐδαμῶς εἶα, ἢ περιουβρίσθαι ἐν τοῖς ἐκείνῃ κτλ.

nomen latinum ficturae postremae ραιφερενδάριος ab Suida scribitur et ubique in codicibus Procopii, ab huius editoribus iam mutatur in ῥεφ-. nolo equidem obloqui, sed in hoc vocabulo ἀντιστοιχία si tollitur, tollenda est etiam in similibus. milites tutelae finium destinatos Romani λιμηταναίους ἐκάλουον, ita libri Procopii anecd. 34, 12 p. 148, λιμιταναίους Suidas, rectius est λιμιτανέους. nam *limitanus* quod Priscianus gram. p. 78, 19 exemplum posuit duravit in compositis ut *translimitanus*, ceteroqui rarissimum fuit — cognovimus ex titulo Bithynico aliquem Aug. procuratorem regionis Sumelocennensis et prov. Γερ(μανίας) λιμιτανῆς —, usu receptum *limitaneus*¹.

Procopius anecd. 10, 22 p. 70: Theodora divites factos Iustiniani amicos supplicii adficiēbat, imperator quasi in scius rerum σύμπασαν αὐτῶν τὴν οὐσίαν κτήσει ἀναισχύντῳ ἡσπά-ζετο. putes erratum in typis, ἡρπάζετο requiritur.

anecd. 11, 10 p. 71 s.: hostibus imperator civium direptiones concessit, χῶρος μὲν τις ἢ ὄρος ἢ σπήλαιον ἢ ἄλλο τι τῆς Ῥωμαίων γῆς ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον ἀδῆκτον οὐδαμῆ εἴμεινε, regiones multae saepius quam quinquies oppressae sunt. lice, Procopius exaggerare verbis orationem pigmentaque largius aut inconsultius adspargere soleat, hic tamen quod speluncam appellasse traditur eamque non inexploratam sed intactam vastatione, id abhorre a fide aio. vereor ne ipse dederit ἢ ὄρος ἢ πεδίον- libarius autem montis nomine inductus σπήλαιον supposuerit.

anecd. 20, 21 p. 128: per Constantinum quaestorem κλέπτειν τε καὶ δικάζειν ἀεὶ Iustinianus non gravabatur. hoc verbum a librariis magis scriptum credo δεκάζειν in δικ- mutare solitis quam a Procopio, qui dictiones antiquas et Atticas haud raro adfectat. velut statim subicit Aristophanem imitatus ἀεροβατῶν τε καὶ πάντας ἀνθρώπους περιφρονῶν. 21, 23 p. 132 mirabamur, inquit, ὅπως δὴ κακότητα τοσαύτην ἀνθρώπου φύσις ἐχώρησεν: 'malim ἐς κακότητα' Haury, at quanto melius illud et ἀττικῶ- τερον, quomodo malitiae tantae humana natura capax esset.

codicum menda multa exorta videntur scriptura compendiarια. p. 100 versu 20 καταστησαμένη in P cum prava accederet syllabae iteratio, abiit in κατὰ γαστρός μένειν. legi ὁμῶς pro ὁμοίως positum, γράμμα οὖν ἔγραψεν ubi γράμματ' opus erat. 18, 6 p. 112: Vandalorum τῶν ὄπλα ἀργυριουμένων in Libya octoginta milia erant; sufficit ἀραμένων, potest fuisse si latius quid quaeris et intricatius ἀνηρημένων (cf. p. 38, 18. 75, 2). 20, 4 p. 124: tabernas venaliciarum mercium qui habebant, pes-

¹ credimusne Procopium Umbriae oppidum modo Ἀρίμινον modo Ἀρίμινον scripsisse (II p. 640 et 642 H.)? aut Βέβιος, Βεβίου pro Campaniae monte (ibid. p. 671 s.)? quem teste Galeno οἱ ἀκριβέστεροι Βεσοῦβιον ὀνομάζουσι, τὸ δ' ἐνδοξόν τε καὶ νέον ὄνομα Βέβιος.

sime agebant cum empturis, οὐχ ὅσον πολλά (πολλοὶ G, πολλοὶ P) εἶρηται πολλαπλάσια τὰ τιμήματα κομιζόμενοι, ἀλλὰ καὶ δολώσεις ἐν τοῖς ὠνίοις μηχανώμενοι ἀμυθήτους τινάς. discidio duo ista verba facta opinor ex uno: οὐχ ὅσον πωληται multiplicantes pretia sed etiam adulterantes venalia. 7, 39 p. 50: a maleficis perpresso immania homini demit maximam partem τῆς διατάξεως ἐμβάσης ἀνίας expectatio vindictae legitimae: ἀναξίως, δι' ἀταξίας, διὰ τῶν ἔξω coniecerunt priores, quos ego secutus διὰ ταχέων συμβάσης cogitabam, sed ex hoc ipso coepi dubitare an verum sit id quod libri praehebent, διὰ τάξεως, per ordinem sive ordinatim ex quoque maleficio incessit hominem dolor atque aegritudo animi, Horatius *si certus intravit dolor*. 6, 24 p. 42: Iustinianus alios occidebat, alios dimissos cum paupertate luctantes miseriores mortuos reddebat εὐχομένους τὰ παρόντα σφίσι διαλύσαι θανάτω οἰκτίστῳ: hocine illi intendebant ὅπως οἰκτίστα θάνοιεν? an vero optabant ὅπως ὤκιστα Πύλας Αἴδαο περῆσαι? scilicet a poetis cuiuscumque aevi (Kaibel epigr. 474, 2) Procopium hoc sibi arripuisse verbum arbitror¹. qui ne ipsa quidem carmina in historiis referre omisit modo integra et inmutata modo suae aptata orationi, sicut puerorum quam dicit vetustam cantilenam Carthaginensium b. Vand. I 21, 14 p. 402 H. ὡς τὸ γάμμα διώξει τὸ βῆτα καὶ πάλιν αὐτὸ τὸ βῆτα διώξει τὸ γάμμα: vides trochaeo inserto renasci hexametrum, διώξει (τοῦτο) τὸ γάμμα.

bis, non amplius latinus versus Procopius bellicae historiae intexuit, oracula Sibyllina recentissima metrique incuria non diversa a Commodiano, tam foede corrupta ab scribis litteraturae latinae ignaris, ut nisi graeca auxilium ferret ipsius Procopii interpretatio, plane desperanda foret verborum restitutio latinorum. nunc alterum oraculum bene ac feliciter reparatum legitur b. Goth. I 7, 7 p. 33 H. *Africa capta Mundus cum nato peribit*, quasi hexameter divisus in duo membra, pentasyllabon quale apud Commodianum est *sicut et Cacus* et octo syllabarum quale *mauultis mundo placere*. alterum vero carmen b. Goth. I 24, 30 p. 121 'nemo adhuc potuit legere', ut Haury adnotat qui designatas ex Vaticano figuras litterarum subiunxit et descriptas ex Laurentiano. neque ego totum mihi videor posse expedire, sed uno tamen passu longius procedere ad finem versus antegressis, clarae Procopii interpretationi et necessariae versus quasi hexametri speciei monstruosos litterarum apices hac lectione ausus conciliare:

*Quintili mense | gubérnum Roma tenente
rege nihil Geticum | iam tímēt.*

quamquam dubito de levioribus quibusdam, nam cum *quintilio* fere sit in libris et πέμπτον μῆνα scriptor interpretetur, potest *Quintilio* retineri, qua appellatione mensis nominatur in glossariis

¹ decepit librarium memoria talium locorum qualis est b. Goth. IV 20, 38 ubi captivus adstat τεθνήξεσθαι αὐτίκα δὴ μῦλα ὑποποπάζων θανάτῳ οἰκτίστῳ.

latinis (VII p. 174 G.) et in sermone graeco; deinde ultimum cum Vatic. *iamalmēt*, Laur. *ιαπιετα* habeat, *a* igitur supersit in utroque, hoc *a* traiecto in proxima potest effici *timeat* (confundebant inferiores praesens coni. et futurum ind., οὐδὲν . . . δέισειεν Procopius reddidit). prior versus sic decurrit ut ille Commodiani *gentili more quaeris procedere sancta?* vel ille *gens sine pastore ferox iam noli vagare*, posterior veterem legem non deserit nisi producta quae accentu feritur syllaba in *timet*.

anecd. 14, 3 p. 90: Iustinianus quidquid ab se scribi voluit, non quaestori ut moris erat ἐπέστελλεν οἰεσθαι, sed ipse quamvis barbarissans efferebat aut satelles quilibet. γράφεσθαι, προίεσθαι, διοικεσθαι adhuc prolata sunt minus apta sententiae, ut puto, quam σύνθέσθαι, nec propiora litteris.

26, 15 p. 160: antea annuus Byzantii fiebat consul qui munerabatur auro saoenicos atque inopes, Iustiniano rerum potito οὐκέτι καιροῖς τοῖς καθήκουσι ταῦτα ἐπράσσετο, ἄλλοτε μὲν πολλοῦ Ῥωμαίοις ὕπατος καθίστατο χρόνου, τελευτώντες δὲ οὐδὲ ὄναρ τὸ πρᾶγμα ἑώρων. nihil opus est mutare nisi distinctionem: ἄλλ' ὅτε μὲν, modo longo consul creabatur spatio temporis, postremo nullus. nam quod respondere illi debebat ὅτε δέ, pro eo ratione solutiore inlatum est τελευτώντες δέ, perinde atque ὅτε μὲν εὐδαίμων πάλιν δ' ἄθλιος (Aristot.) et alia. distrahi verbum similiter oportet 22, 13 p. 136 οἱ τε αὐτοῖς ἐπιτάττουσιν ὑπουργοῦντες, ut fiat αὖ τοῖς ἐ. at contrahi disiuncta 17, 28 p. 109: Theodora nuptias omnes τῇ θεῖᾳ ἐξουσίᾳ τινὶ disponebat, facio τηθεῖα ἐξουσίᾳ i. licentia propria τηθῶν, aviarum et mamarum.

11, 37 p. 76: male mulcabantur periti caelestium senes honesti nullo alio crimine nisi ὅτι σοφοὶ τὰ περὶ τοὺς ἀστέρας ἐν τοιοῦτῳ χώρῳ ἐβούλοντο εἶναι. ita codices, χώρῳ aut χωρίῳ, satis absurde: lego χορῶ, nam chorus ut philosophorum diceretur, iam ante Ciceronem invaluerat.

δὴ ἄν coaluere in δᾶν, quod saepe editores fefellit (Radermacher Philologi LIX p. 185). hoc Procopius quoque posuit aliquotiens, velut anecd. 23, 7 p. 142, 3. F. B.

Zu Horaz Serm. II 1, 86

Wir Juristen haben an dem obigen Vers seit Ermans feinsinniger Vermuthung, tabulae bedeute formula¹, ein lebhaftes Interesse; auch für mich tauchte die Frage nach der Schriftformel bei einer Arbeit über die Geschichte des Edicts auf, und da ist die Behandlung der Horazstelle nicht abzulehnen. Von einer

¹ ZRG(R) 1896, 30, 334; zustimmend Partsch 1905 Schriftformel im Provinzialprozesse 15 N. 2; Girard Manuel⁴ 1906, 1028 N. 3; Wenger in Pauly-Wissowa 1907 s. v. formula Nr. 2. Erman selbst hat seine Erklärung wohl aufgegeben ZRG(R) 1898, 32, 271. Busz (Diss.) 1907 Form der Litiscontestatio 58.